



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bibliotheca Pontificia

Jacob, Louis

Lvgdvni, 1643

V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11153

Thomas Brigtmannus, Calvinista, edidit

Antichristum Pontificiorum & Iesuitarum fictitium & ementitum monstrum esse, demonstrationem, aduersus Robertum Bellarminum. Ambergæ anno 1610. in 8.

Thomas Draxus, Germanus, Lutheranus, edidit

Aduersus Romanum Pontificem, in præparatione angelica de fuga à Babylone, in qua euincitur, Romam hodiernam esse Babylonem Apocalypticam, &c. Oppenheimij anno 1614. in 8.

Thomas Mortonus, Anglus, Calvinista, edidit

De Iudice Ecclesie, librum. Londini anno 1606. in 4. ex Officina Nortoniana.

Thomas Reuius, vel Riuius, Regis Angliæ Aduocatus, Calvinista, edidit

Historiam Romanorum Pontificum. Amstelodami anno 1632. in 8.

V.

Vignerius, Gallus, Calvinista, edidit Gallicè

Theatrum Antichristi, in fol.

Vlricus Velenus, Minhonienfis, edidit

Disputationem, Petrum Apostolum nunquam Romæ fuisse. Prodiit anno 1520.

VVilelmus Lyserus, Germanus, Lutheranus, edidit

Necessariam depulsionem duarum grauissimarum accusationum, quibus Iesuitæ Ecclesias Augustanæ confessionis calumniosè onerant, ac si Papam dicendo Antichristum 1. Romanum Imperium, Cesaream maiestatem, ceterosque status catholicos, iniuria afficerent. 2. solemnem religionis pacificationem violarent. Vittebergæ anno 1629. in 12. apud Paulum Helvvigium.

VVolfgangus Frantzius, Germanus, Lutheranus, edidit

Tractatum Theologicum nouum & perspicuum, de interpretatione sacrarum Scripturarum maximè legitima, duabus constantem regulis essentialibus illis, qua Luthero ad Papatus destructionem, in versione Bibliorum Germanica, & in Scripturarum, præter morem antea sub Papatu consuetum explicatione, unice

*usitata & familiares fuere. V Vittembergæ anno 1633. in 4.
apud hæredes Samuelis Seelfischij & Zachariæ Schureri.
V Volfangus Martius, Germanus, Lutheranus, edidit
Quadam contra Papatum, quibus respondet Hanardus Ga-
merius.*

Finis Libri secundi, ac totius operis.

Laus Deo, ac Beatissimæ semperque Virgini Mariæ de
Monte Carmelo Patronæ meæ carissimæ.

*Hanc Bibliothecam Pontificiam duobus libris distinctam omnino
subijcio sanctæ & immaculatæ Ecclesiæ Romanæ, D.N.
Iesu Christi sponsæ, ac Pontifici Maximo.*

APPEN